euitandum. Et id genus plurima. Quæ
omnia Foroliuienſis Fauſtus in his epi/
ſtolis prouerbialibus ac protrepticis, cũ
lepide, tum grauiter complexus eſt, qui
& ſi in nõ nullis opuſculis genuino poe/
tarũ more laſciuiuſculus ſit, hic tamẽ in/
tegrum, ac modeſtũ oratorẽ agit. Cæte/
rum norit candidus lector, adagia κατὰς
ϖαροιμίασ (ut græci dicũt) quadranter cõ
dimentorum rationem ſubire. His nem
pe ſi immoderatius, in cõcinnãdis edu/
lijs, popinatores utant̃, guſtui, haud gra
ta iucũdaq; reddent. Illis, ſimili pacto (ſi
modus abſit) nõ tam ſplendorem, ac or
natum q̃ obſcuritatem ſermoni tuo affe
res, Mediocritas uero omnia ſaluat, ubi/
q; optima, ut inquit Ariſtoteles, ſumus
(Pliniano Eulogio) in omni ſciẽtia
uir. Bene uale Seleſtati. pridie
Calendas ſeptembris. An.
M. D. VIII.